

**T** E ne bræ fa ctæ sunt; dum Cru ci fi:  
 xissent Je sum Ju: dæ- i: &  
 cir ca ho ram no nam ex cla:  
 mavit Je sus vo ce mag-  
 na: De us me us; ut quid me de-  
 re li qui sti? \* Et in cli na to ca:  
 pi te, e mi sit spi ri tum. y. Ex-  
 cla mans Je sus vo ce mag na, a it:  
 Pa ter, in ma nus tu as com mendo spi ri-  
 rum me um, \* Et in clinato.



## Lectio vi.

**E**Xacuerunt tamquam gladium linguas suas. Non dicant Judæi. Non occidimus Christum. Etenim propterea eum dederunt judici Pilato, ut quasi ipsi à morte ejus viderentur immunes: nam cum dixisset eis Pilatus: Vos eum occidite. Responderunt: Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitatem facinoris sui in judicem hominem refundere volebant. Sed numquid Deum judicem fallebant? Quod fecit Pilatus, in eo ipso quod fecit, aliquantulum particeps fuit: sed in comparatione illorum multo ipse innocentior: institit enim; quantum potuit, ut illum ex eorum manibus liberaret: nam propterea flagellatum produxit ad eos. Non persequendo Dominum flagellavit; sed eorum furori satisfacere volens: ut vel sic jam mitescerent; & desinerent velle occidere; cum flagellatum viderent: fecit & hoc. At ubi perseveraverunt, nostis illum lavisse manus, & dixisse, quod ipse non fecisset; mundum se esse à morte illius. Fecit tamen, sed si reus, quia fecit vel invitus: illi innocentes; qui coegerunt, ut faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum sententiam, & iussit eum crucifigi, & quasi ipse occidit: & vos, ò Judæi, occidistis. Unde occidistis? gladio linguæ: acuisistis enim linguas vestras. Et quando percussistis, nisi quando clamastis, Crucifige.

*Responsorium VI.*

**A** Ni mam me am di le Etam tra-

di di in ma nus i ni quo rum, & fa-

Et est mi hi hæ re di tas me,


S 3

a sicut




a fic- ut le o in fil va: de dit  
 contra me vo ces ad ver fa ri us, dicens:  
 congrega mi ni, & pro pe ra  
 te ad de vo ran dum il- lum: po su e runt  
 me in de fer to so li tu-  
 di nis, & lu xit su per me omnis ter-  
 ra: \* Qui a non est in ventus qui me agnos-  
 ce ret, & fa ce ret be ne.  
 y. In sur re xe runt in me vi ri absque  
 mi le ri cor di a, & non pe per ce runt ani-





IN III. NOCTURNO.

*Antiphona.*



*Psalms 58.*

**E**Ripe me de inimicis meis Deus meus: \* & ab insurgen-  
tibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: \* & de viris sangui-  
num salva me.

Quia ecce cœperunt animam meam: \* irruerunt in me  
fortes.

Neque iniquitas mea; neque peccatum meum Domine: \*  
sine iniquitate cucurri, & direxi.

Exurge in occursum meum & vide: \* & tu Domine Deus  
virtutum, Deus Israel.

Intende ad visitandas omnes gentes: \* non miserearis omni-  
bus, qui operantur iniquitatem.



Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes:  
\* & circuibunt civitatem.

Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum:  
\* quoniam quis audivit?

Et tu Domine deridebis eos: \* & ad nihilum deduces omnes  
gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam: \* quia Deus susce-  
ptor meus es: Deus meus, misericordia ejus præveniet me.

Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: \*  
nequando obliviscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua: \* & depone eos protector  
meus Domine.

Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum: \* &  
comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione, & mendacio annuntiabuntur in consum-  
matione: \* in ira consummationis, & non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Jacob: \* & finium terræ.

Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes;  
\* & circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: \* si verò non fuerint  
saturati, & murmurabunt.


Ego autem cantabo fortitudinem tuam: \* & exaltabo manè  
miseri cordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus: \* & refugium meum in diè  
tribulationis meæ.

Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: \*  
Deus meus, misericordia mea.

*Añã.* 

Longe fe ci sti no tos me os à me: tra di tus

 8.T.

sum, & non e gre di e bar, e. u. o. u. a. e.

*Psal.*



*Psalmus 87.*

**D**omine Deus salutis meæ , \* in die clamavi , & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : \* inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea : \* & vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : \* factus sum sicut homo sine adjutorio , inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris , quorum non es memor amplius : \* & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : \* in tenebrosis , & in umbra mortis.

Super me cōfirmatus est furor tuus : \* & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me : \* posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum , & non egrediebar : \* oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Dñe tota die : \* expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia ? \* aut medici suscitabunt , & confitebuntur tibi ?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam : \* & veritatem tuam in perditione ?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua , \* & iustitia tua in terra oblivionis ?

Et ego ad te Domine clamavi : \* & manè oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam : \* avertis faciem tuam à me ?

Pauper sum ego , & in laboribus à juventute mea : \* exaltatus autem , humiliatus sum , & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ : \* & terrores tui conturbaverunt me.



Circun:



Circundederunt me sicut aqua tota die : \* circundederunt me simul.

Elongasti à me amicum & proximum : \* & notos meos à miseria.

*Añ 2.*   
Captabunt in a nimam ju sti, & sanguinem

 8. T.   
innocentem condemnabunt. e. u. o. u. a. e.

*Psalmus 93:*

**D**Eus ultionum Dominus : \* Deus ultionum libere egit.  
Exaltare qui judicas terram : \* redde retributionem superbis.

Uſquequò peccatores Domine : \* uſquequò peccatores gloriabuntur ?

Effabuntur, & loquentur iniquitatem : \* loquentur omnes, qui operantur inſtitiam.

Populum tuum Domine humiliaverunt : \* & hæreditatem tuam vexaverunt.

Viduam, & advenam interfecerunt : \* & pupillos occiderunt.

Et dixerunt, non videbit Dñus : \* nec intelliget Deus Jacob.

Intelligite inſipientes in populo : \* & ſtulti aliquando lapite.

Qui plantavit aurem, non audiet : \* aut qui finxit oculum, non conſiderat ?

Qui corripit gentes, non arguet ? \* qui docet hominem ſcientiam ?

Dominus ſcit cogitationes hominum : \* quoniam vanæ ſunt.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine : \* & de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei à diebus malis : \* donec fodiatuſ peccatori fovea.

Quia



Quia non repellet Dominus plebem suam : \* & hæredita-  
tem suam non derelinquet.

Quoadusque justitia convertatur in iudicium : \* & qui  
juxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversus malignantes ? \* aut quis sta-  
bit mecum adversus operantes iniquitatem?

Nisi quia Dominus adjuvit me : \* paulo minus habitasset in  
inferno anima mea.

Si dicebam , Motus est pes meus : \* misericordia tua Do-  
mine adjuvabat me.


Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo :  
\* consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis : \* qui fingis labo-  
rem in præcepto?


Captabunt in animam justi : \* & sanguinem innocentem  
condemnabunt.

Et factus est mihi Dominus in refugium : \* & Deus meus  
in adjutorium spei meæ.


Et reddet illis iniquitatem ipsorum , & in malitia eorum dis-  
perdet eos : \* disperdet illos Dominus Deus noster.



ψ. Locu ti sunt aduersum me lingua do lo fa.



℞. Et sermonibus o di i circundederunt me , & ex pu:



gnauerunt me gratis.



De Epistola Beati Pauli Apostoli ad Hebræos. cap. 4.

Lectio vii.

**F**estinemus ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus: \* compagum quoque, ac medullarum: & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus. Omnia autem nuda, & aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum filium Dei: teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia profimitudine, absque peccato.

Responsorium VII.

**T** Ra di derunt me in ma nus im-  
 pi o rum, & in ter i ni quos pro-  
 je ce runt me: & non pe per-  
 ce runt a ni mæ me æ: Congrega-  
 ti sunt ad ver sum me tor tes: \* Et sic-  
 ut



ut gi gan tes ste te runt con-  
 tra me.  $\psi$ . A li e ni in fur-  
 re xe runt ad ver sum me; & fortes quæsi e-  
 runt a ni mam me am. \* Et sicut.

*Lectio viii.*

**A** Deamus ergò cum fiducia ad thronum gratiæ: ut mi-  
 sericordiam consequamur; & gratiam inveniamus in  
 auxilio opportuno. Omnis namque Pontifex; ex hominibus  
 assùptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum,  
 ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit  
 iis, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumda-  
 tus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro  
 populo, ita etiam & pro semetiplo offerre pro peccatis.

*Responsorium VIII.*

**J** E sum tra di dit im-  
 pi us Summis Prin ci pi bus Sacer-



Sa cer do tum, & fe ni o ri bus  
 po pu li: \* Petrus au tem se.  
 que batur e um à lon gè, ut vi de ret  
 fi nem. ¶. Adduxe runt  
 au tem e um ad Caipham Principem Sa cer.  
 do tum, u bi scri bæ, & Pha ri sæ i con.  
 ve ne- rant; \* Pe trus autem.

*Lectio ix.*

**N** Ec quisquam sumit sibi honorem; sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodiè genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationes, que ad eum, qui possit salvum illum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reveren-



reuerentia. Et quidem, cum esset filius Dei didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedech.

*Responsorium IX.*

**C** A li ga ve runt o cu li me i à  
 fle tu me o: qui a e lon ga-  
 tus est à me, qui con so la ba tur  
 me: vi de te om nes po pu li, \* Si  
 est do lor si mi lis sic ut do-  
 lor me us. ŷ. O vos omnes,  
 qui tran si tis per vi am, at ten di te;  
 & vi de te, \* Si est dolor,

*Repet.*



*Repet.*   
Caligaverunt. \* Si est dolor.

## A D L A U D E S.

*Antiphona.*

**P**   
Proprio Filio suo non percit

  
Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

7. T.   
e. u. o. u. a. e.

*Psalmus. Miserere. pag. 247.*

*Añ.*   
Anxia tus est super me spiritus meus: in

  
me turbatum est cor meum.

4. T.   
e. u. o. u. a. e.

*Psalmus 142.*

**D**omine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: \* exaudi me in iustitia.

Et



Et nōn intres in iudicium cum seruo tuo : \* quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : \* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi ; & anxius est super me spiritus meus : \* in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum , meditatus sum in omnibus operibus tuis : \* in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : \* anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine : \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me ; \* & similis ero descendens tibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam : \* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam , in qua ambulem : \* quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine ; ad te confugi : \* doce me facere voluntatem tuam , quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : \* propter nomen tuum Domine vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam : \* & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam : \* quoniam ego servus tuus sum.



A it la tro ad la tro nem:nos quidē digna fa:



ctis re ci pi mus, hic au tem quid fe cit? Memento me-





*Psalmus 62. Deus Deus meus. pag. 250.*



*Canticum Abacuc 3.*

**D**omine, audivi auditionem tuam: \* & timui:  
 Domine opus tuum: \* in medio annorum vivifica illud:  
 In medio annorum notum facies: \* cum iratus fueris, mi-  
 sericordiæ recordaberis.

Deus ab Austro veniet: \* & sanctus de monte Pharan:

Operuit cœlos gloria ejus: \* & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus, ut lux erit: \* cornua in manibus ejus.

Ibi abscondita est fortitudo ejus: \* ante faciem ejus, ibi mors.

Et egredietur diabolus ante pedes ejus: \* stetit, & mensus  
 est terram.

Aspexit, & dissolvit gentes: \* & contriti sunt montes sæ-  
 culi.

In



Incurvati sunt colles mundi: \* ab itineribus æternitatis ejus.  
Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ: \* turbabuntur pelles terræ Madian.

Numquid in fluminibus iratus es Domine? \* aut fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?

Qui ascendes super equos tuos: \* & quadrigæ tuæ salvatio.  
Suscitans suscitabis arcum tuum: \* juramenta tribubus, quæ locutus es.

Fluvios scindes terræ: viderunt te, & doluerunt montes: \* gurges aquarum transiit.

Dedit abyssus vocem suam: \* altitudo manus suas levavit.

Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo; in luce sagittarum tuarum ibunt: \* in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In fremitu conculcabis terram: \* & in furore obstupescies Gentes.

Egressus es in salutem populi tui: \* in salutem cum Christo tuo.

Percussisti caput de domo impij: \* denudasti fundamentum ejus usque ad collum.

Maledixisti sceptris ejus; capiti bellatorum ejus: \* venientibus, ut turbo, ad dispergendum me.

Exultatio eorum: \* sicut ejus, qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis: \* in luto aquarum multarum.

Audivi, & conturbatus est venter meus: \* à voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis: \* & subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis: \* ut ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit: \* & non erit germen in vineis.

Mentietur opus olivæ: \* & arva non afferent cibum.



Abscindetur de ovili pecus: & non erit armentum in præsepibus.




Ego autē in Doño gaudebo: \* & exultabo in Deo Jesu meo:  
Deus Dominus fortitudo mea: \* & ponet pedes meos quasi  
cervorum:


Et super excelsa mea deducet me victor: \* in psalmis canentem.

*Añã.*   
Memento me i Domi ne, dum ve ne ris


 8. T.   
in regnum tu um. e. u. o. u. a. e.

*Psalmus 148. Laudate Dominum de coelis. pag. 253.*


  
y. Col lo ca vit me in ob scu ris.

  
B. Sic ut mor tu os fæ cu li.

*Ad Benedictus; Antiphona.*

**P**   
O su é runt su per ca put e jus

  
causam ip si us scrip tam: Je sus Naza re.

  
nus, Rex Ju dæ o rum,



Cant. Zach. 1. T.

Be ne di ctus Dominus.

Canticum Zacharie. Luc. cap: 1. Benedictus Dominus  
Deus Israel. pag. 255:

Christus fa ctus est pro no- bis o be.

di ens uf que ad mor tem,

mor tem autem Cru cis.

# SABBATO SANCTO. AD MATUTINUM.

## IN I. NOCTURNO.

### ANTIPHONA.

**I**N pa ce in id ip sum dor mi am, & re qui-

el cam. e. u. o. u. a. e.



## Psalmus 4.

**C**Um invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ: \* in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: \* & exaudi orationem meam:

Filij hominum usquequò gravi corde? \* ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: \* Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.


Irafcimini, & nolite peccare: \* quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino: \* multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: \* dedisti lætitiã in corde meo.

A fructu frumenti; vini, & olei sui: \* multiplicati sunt: In pace in idipsum: \* dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe: \* constituisti me.

*Añã.* 

Ha bi ta bit in ta ber na cu lo tu o, re qui-



es cet in monte sancto tuo.

*4. T.* 

e. u. o. u. a. e.

## Psalmus 14.

**D**ominè, quis habitabit in tabernaculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: \* & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo: \* qui non egit dolum in lingua sua.

Nec



Nec fecit proximo suo malum : \* & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : \* timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo , & non decipit : \* qui pecuniam suam non dedit ad usuram , & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc : \* non movebitur in æternum :



Ca ro me a re qui escet in spe.



e. u. o. u. a. e.

*Psalmus 15 :*

**C**onserva me Domine, quoniam speravi in te : \* Dixi Domino : Deus meus es tu , quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis , qui sunt in terra ejus : \* mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum : \* postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : \* nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ , & calicis mei : \* tu es , qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris : \* etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum , qui tribuit mihi intellectum : \* insuper , & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.


Providebam Dominum in conspectu meo semper : \* quoniam à dextris est mihi , ne commovear.




Propter hoc lætatum est cor meum ; & exultavit lingua mea : \* insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : \* nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ , adimplebis me lætitia cum vultu tuo : \* delectationes in dextera tua usque in finem.



Ÿ. In pa ce in id ip sum.



R. Dor mi am , & re qui es cam.


*Lectio i.*




**D**E Lamenta ti o ne Je re mi æ Prophe



tæ. Heth. Mi se ri cor di æ Do mi ni qui a



non sumus contumpti : qui a non de fece runt mi se ra



ti o nes e jus. Heth, No vi di lu cu lo ,




mul ta est fi des tu a. Heth. Pars me a Do



mi nus , di xit a ni ma me a : propte re a ex pe cta

bo






bo e um. Teth. Bo nus est Dominus spe-



ran ti bus in e um, a ni mæquæren ti il- lum.



Teth. Bo num est præsto la ri cum si len ti o



fa lu ta re De i. Teth. Bo num est vi-




ro, cùm porta ve rit jugum ab a do les cen ti a



fu a. Jod. Se de bit so li ta ri us, &



ta ce bit: qui a le va vit su per fe. Jod.



Ponet in pul ve re os su um, si for tè fit



spes. Jod. Da bit percu ti en ti se ma xillam,



fa tu ra bi tur oppro bri is, Je ru sa lem,  
Jerusalem



Je ru sa lem, con ver te re ad Do mi num De um

tu um.

*Resp.*  
*I.* **S** I cut o vis od oc ci si o nem

du ctus est, & dum ma le tra cta re-

tur, non o a pe ru it os fu-

um : tra di tus est ad mor- tem, \* Ut vi-

vi fi ca ret po pu lum fu-

um. *ψ.* Tra di dit in mor tem a ni-

mam su am, & in ter sce le ra tos re pu-

ta tus est. \* Ut vivificaret. *Lectione*



Lectio

ii.


A



Leph. Quo mo do obscu ratum est




au rum, mutatus est co lor op ti mus, dil per si sunt la-



pi des sanctu a ri i in ca pi te omnium pla te.



a rum? Beth. Fi li i Si on in cly ti,



&amp; a mi cti au ro pri mo: quomodo repu ta ti sunt in



va sa teste a, o pus ma nuum fi gu li?



Ghi mel. Sed &amp; la mi æ nu da verunt mā mā, la-



cta verunt ca tu los lu os: fi li a po pu li me i



cru de lis, qua si struthio in de fer to.




Da leth. Ad hæ sit lingua lactentis ad pa la tum

ejus






e jus in fi ti: par vu li pe ti e runt panem, & non



e rat qui fran ge ret e is. He. Qui ves ce-




bantur voluptu o se in te ri e runt in vi is: qui



nu tri e bantur in cro ce is, am ple xa ti sunt ster co:



ra. Va u. Et maior ef fe cta est i ni qui tas



fi li æ po pu li me i pec ca to So do morum, quæ



sub ver sa est in momento, & non ceperunt in e- a



ma nus. Je ru fa lem, Je ru fa lem, conver-



te re ad Do minum De um tu um.

*Resp.*  
*II.*



**J** E ru fa lem sur ge, & ex u-

e te



e te ve sti bus jucun di,

ta tis: in du e re ci ne re, & ci li-

ci o, \* Qui a in te oc ci

fus est Sal va tor Is ra el.

̄. De duc qua si torrentem la cry mas per di em &

no etem, & non ta ce at pu pil la o cu-

li tu i. \* Quia in te.

**I** N ci pit o ra ti o Je re mi æ Prophe tæ.

Re cor da re Do mine, quid ac ci de rit no bis: in-

tu e re, & res pi ce op pro bri um no strum. Hæ-  
reditas



re di tas nostra ver fa est ad a li e nos, domus no-  
 stræ ad ex tra ne os. Pu pil li fa cti sumus abs-  
 que pa tre, matres nostræ quasi vi du æ. A:  
 quam nostrã pe cu ni a bi bi mus: ligna nostra pre ti-  
 o com pa ra vi mus. Cer vi cis bus nostris mi na-  
 ba mur, lassis non da ba tur re qui es: Æ gyp-  
 to de di mus manum, & Al ly ri is, ut fa tu ra re-  
 mur pa ne. Pa tres nostri pec ca ve runt, & non sunt;  
 & nos i ni qui ta tes e o rum porta vi mus. Ser-  
 vi do mi na ti sunt nostri: non fu it qui re di me ret



de ma nu e o rum. In a ni mabus nostris af fe-

re ba mus panem no bis, à fa ci e gla di i in de-

ser to. Pel lis nostra, qua si cli ba nus, ex-

u sta est à fa ci e tempe sta tum fa mis. Mu li-

e res in Si on hu mi li a ve runt, & vir gi nes in ci-

vi ta ti bus Ju dae. Je ru fa lem, Je ru-

fa lem, con ver te re, ad Do mi num De um tu um.

*Resp.*  
III.

**P** Lange qua si vir go

plebs me: a: u lu la te

pa sto res in ci ne re, & ci li-

cio:





ci o: \* Qui a ve nit di es Do mi ni mag-



na, & a ma ra



val de. y. Accingi te vos Sacer do-



tes, & plan gi te mi ni stri al ta ris, af-



pergi te vos ci ne- re. \* Quia venit.



Repet. Plan ge \* Quia venit.

## IN II. NOCTURNO.

### Antiphona.



**E**Leva mi ni portæ æ ter na les, & in tro-



i bit Rex glo ri æ.



5. T. e. u. o. u. a. e.



## Psalmus 23:

**D**omini est terra, & plenitudo ejus: \* orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: \* & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini: \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde: \* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: \* & misericordiam à Deo salutari suo.


Hæc est generatio quærentium eum: \* quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dominus fortis, & potens; Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

*Añã.*   
Cre do vi de re bo na Do mini in ter ra

  
vi ven ti um. e. u. o. u. a. e.

## Psalmus 26:

**D**ominus illuminatio mea, & salus mea: \* quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: \* à quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, \* ut edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, \* ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

V

Psalm



Si consistant aduersum me castra : \* non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me praelium : \* in hoc ego sperabo.

Unam petii à Domino , hanc requiram : \* ut inhabitem  
in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Domini : \* & visitem Templū ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : \* in die malorum  
protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : \* & nunc exaltavit caput meum  
super inimicos meos.

Circuivi , & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vocife-  
rationis : \* cantabo , & Psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam ; qua clamavi ad te : \* mise-  
rere mei , & exaudi me.

Tibi dixit cor meum ; Exquisiuit te facies mea : \* faciem  
tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuā à me : \* ne declines in ira à seruo tuo.

Adjutor meus esto , ne derelinquas me : \* neque despicias  
me Deus , salutaris meus.

Quoniam pater meus , & mater meā dereliquerunt me : \*  
Dominus autem assumpsit me.


Legem pone mihi Domine in via tua : \* & dirige me in se-  
mitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : \* quoniam in-  
surrexerunt in me testes iniqui , & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini : \* in terra viventium.

Expecta Dominum , viriliter age : \* & confortetur cor tuum ;  
& sustine Dominum.

*Añã.*



Do mi ne abstraxi sti ab in fe ris a.

*8. T.*



ni mam meam. e. u. o. u. a. e.



## Psalmus 29.

**E**Xaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: \* nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamavi ad te: \* & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: \* salvasti me à descendantibus in lacum.

Pfallite Domino sancti ejus: \* & confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus: \* & vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur flectus: \* & ad matutinum lætitia:

Ego autem dixi in abundantia mea: \* Non movebor in æternum:

Domine in voluntate tua: \* præstitisti decori meo virtutē.

Avertisti faciem tuam à me, \* & factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo: \* & ad Deum meum deprecabor.


Quæ utilitas in sanguine meo: \* dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis; \* aut annuntiabit veritatem tuam?

Audivit Dominus, & misertus est mei: \* Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: \* conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.

Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar: \* Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.



Ÿ. Tu autem Domine mi se re re me i.



R. Et re sus ci ta me, & re tri bu am e is.



Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi super Psalmos.

Lectio iv.

**A**ccedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Illi dixerunt: Quis nos videbit? defecerunt scrutantes scrutationes, consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia, passus est se teneri ut homo. Non enim teneretur nisi homo, aut videretur nisi homo, aut cæderetur nisi homo, aut crucifigere- tur, aut moreretur nisi homo. Accessit ergo homo ad illas omnes passiones, quæ in illo nihil valerent, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberaretur homo. Accessit homo ad cor altum, id est; cor secretum; objiciens aspectibus humanis hominem, servans intus Deum: celans formam Dei; in qua æqualis est Patri, & offerens formam servi, qua minor est Patre.

Responsorium IV.

**R**  E ces sit pastor no ster, fons

 a; quæ vi: væ, ad cu jus

 tran si tum sol obf cu ra tus

 est: \* Nam & il le Captus est,

 qui capti vum te ne bat pri mum ho-

 mi nem: ho di e por tas

mor.



mor tis & fe ras pa ri ter Sal vator no-  
 ster dis ru pit. V. Destru-  
 xit quidem claustra in fer ni, & sub  
 vertit potenti as di a bo li.

\* Nam, & il le.

*Lectio v:*

**Q**Uò perduxerunt illas scrutationes suas; quas perscrutantes defecerunt, ut etiam mortuo Domino, & sepulchro, custodes ponerent ad sepulchrum? Dixerunt enim Pilato: Seducator ille: hoc appellabatur nomine Dominus Jesus Christus, ad solatium servorum suorum, quando dicuntur seductores. Ergo illi, Pilato: Seducator ille, inquiunt, dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube itaque custodiri sepulchrum usque in diem tertium; ne forte veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit novissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam; ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

*Responsorium V.*

Vos omnes, qui transi tis per vi am,

V 3

atten-



atten di te , & vi de te , \* Si est do lor  
 fi mi lis sic ut do lor  
 me us. y. At ten di te  
 u ni ver si po pu li , & vi de te do-  
 lo rem me um; \* Si est dolor.

*Lectio vi.*

**P** Osuerunt custodes milites ad sepulchrum : concussa terra  
 Dominus resurrexit : miracula facta sunt talia circa se-  
 pulchrum : ut & ipsi milites , qui custodes advenerant , testes  
 fierent , si vellent vera nuntiare. Sed avaritia illa , quæ capti-  
 vavit discipulum comitem Christi , captivavit & militem cu-  
 stodem sepulchri. Damas , inquiunt , vobis pecuniam , &  
 dicite : quia , vobis dormientibus , venerunt discipuli ejus , &  
 abstulerunt eum. Vere defecerunt scrutantes scrutationes.  
 Quid est , quod dixisti , ò infelix astutia ? Tantumne deleris  
 lucem consilij , pietatis , & in profunda versutiæ demergeris ;  
 ut hoc dicas : Dicite , quia , vobis dormientibus , venerunt  
 discipuli ejus , & abstulerunt eum ? Dormientes testes adhi-  
 bes ? Vere tu ipse obdormisti , qui scrutando talia fecisti.



## Responsorium VI:

**E** *C* ce quomodo mo ri tur ju stus, &  
 ne mo per ci pit cor de; & vi ri ju sti  
